

contra dictos Clericos et plures alios de maiori parte cleri predicti et Certos Laycos de dicta terra Baroli ipsas seditiones et productiones fecit in Trano ubi Clerici et Layci supradicti venerant sub Regia protectione securi ad mandatum propterea eis factum per Nobilem et Egregium virum dominum Philippum de Sangineto militem Regium Capitaneum generalem et Iustitierium Terre Bari vel eius locumtenentem perhibitori testimonium veritatis in previsione cuiusdam pene que vertitur inter procuratorem Curie et dicti domini Capitanei et certos notarios et alios Barolitanos dictusque tranensis Archiepiscopus in ipsis seditionibus et productionibus factis per eum in Trano ipsius Civitatis Trani Ianuis Clausis cum Tumulto massimo et Rumore in popu[lo] Cepi fecit de personis et suo carcere turpiter mancipari dictos dompnium Gervasum, dompnium lucam, dompnium Goffridum et dompnium Guillelmum de Caressema et Certos alios Clericos dicti Cleri et adhuc ipsos detinet Carceratos. Verum quia aliis Clericis dicti Cleri quibus etiam ipse Archiepiscopus minatur et minari non cessat datum est pro utiliori meliori et saniori consilio quod ipsi clerici propterea personaliter non accedant ad predictam terram Iuvenacii cum locum ipse sit suspectus et non Tutus Clericis supradictis, cum ipsos Transire oporteat (*sic*) propterea per Tranum et loca Tranensis dyocesis et ad officium cuiuslibet Iudicis pertineat prout Iure volunt, quod predictur debent de Tuto loco cum litigantibus coram eo quoniam testibus producendis coram eo per litigantes eosdem ne eis deteriori contingant. Idcirco dictus Clerus dicti dompnus Georgius et dompnus Henricus consentientes prius in nos predictos Iudicem et notarium *etc.* cum scirent non esse nec se fore nostre Iurisdictionis *etc.* causa dignitatis ecclesiastice confisi de fide prudentia et legalitate discreti viri Iudicis Conradi Guillelmi de Sanguino de Barolo concivis nostri voluntarie cum tota debita et consueta iuris observantia *etc.* constituerunt et sollempniter ordinarunt verum et legitimum procuratorem Syndicum yconomum actorem defensorem excusatorem ac Nuntium specialem seu quocumque nomine censentur et duci potest dictum Iudicem Conradum *etc.* ad conferendum se nomine et pro parte dicti Cleri et dictorum dompni Georgii et dompni Henrici coram dicto Iohanne Archipresbitero subdelegato in dicta causa apud Iuvenacium apud dictam Matricem ecclesiam ad proponendum dicendum alligandum et protestandum in scripto predictas omnes et singulas suspicionis et timoris causas quibus dictus Clerus et predicti dompnus Georgius et dompnus Henricus pro predicta causa coram dicto Iudice subdelegato se presentare apud dictam terram Iuvenacii minime compelluntur et ad faciendam exinde scripta publica competencia ad cautelam *etc.* Presens publicum procurationis scriptum factum est per manus mei notarii signo meo solito signatum Sigillo Capituli dicte Matricis Barolitane Ecclesie Sigillo et subscriptione mei iudicis *etc.* Quod scripsi Ego predictus Iohannes *etc.* et solito signo meo signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Maurone q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego Gualterio (*sic*) filio di Alexio testiu sum. (*sic*).

† Ego Margarita de lene tesstator. (*sic*).

† Ego Regoliosus, de Petro de Leo testatur. (*sic*).

† Ego Tomasi de botemano testi sum. (*sic*).

† Ego andreas (*sic*) musca testis sum.

† Ego nicolaus de amichi (*sic*) testis sum.

*Mancano i sigilli della Chiesa e del giudice; si notano i fori.*